BIBLIOPOLÆ
LECTORI
in hanc novam Editionem.

QUanta fuerit in hocce componendo Opere *Illuſtriſſimi Caſtejonis* accuratio ; nemo eſt , judicio noſtro , vel Juris, vel alterius Scientiæ intelligens , qui illud ignoret. Et quidem multiplex eſt illius Dictionarii dos ; ſed eam hîc laudare renuimus , ſuper ea ſtantes lubentiſſimè prudenti Lectoris judicio : quod cùm ita ſit , ipſarummet materiarum tam Civilium, quàm Canon. &c. Collectionem iterum prælo ſubjicere nobis in animo fuit : Verùm ad altiora converſi , ſeu in Orbis Litterarii utilitatem atque commodum acriter incumbentes , idipſum Opus , quod nimis breve juſtis rerum æſtimatoribus viſum eſt , infinitis locupletavimus articulis , multaque alia huic adjecimus quæ eandem materiam pertractant. In his tamen conficiendis , *Lector Benevole & Optime* , eâ ſemper fuit cura noſtra , ut eandem quam ſecutus eſt Auctor , methodum adhibuerimus ; eam videlicet quæ Doctiſſimis maximè probata fuit ; quod ad recentes articulos , variaque alia Operi adjecta pertinet , id omne , tum ab ipſis quos citavit Auctor, Doctoribus excerpſimus , cùm ab aliis , qui ſuo ævo erant ignoti ; Laudavimus præterea quamplurimos alios qui ex profeſſo res eaſdem tractarunt , & quos hîc non enumeramus , tædii levandi cauſâ ; id etiam fuit ſtudium noſtrum , ut , ne fieret confuſio ; Novi articuli cruce †, in Vocabulorum Indice deſignentur , variaque Additamenta quamplurimis aliis articulis ſparſim in Opere inſerta , in principio cruce † & in fine parentheſi] notentur. Ex ſupradictis quid aliud inferendum , niſi quod nunc iterum prodit in lucem Dictionarium , ſic multò auctius , atque correctius, & quod, ſi ita loqui fas ſit , Novum prorſus Opus valeat appellari.

Hæc te , Lector, monere voluimus , & cùm noſtra in his reficiendis opera, tuam ſemper utilitatem , tuumque reſpiciat commodum , dubium non eſt quin gratus & acceptus evadat Labor noſter , votis ſuccedat eventus. Vale.

AD LECTOREM.

CUM utriuſque Juris diſciplinæ in Salmanticenſi Academia, omnium ſcientiarum Minerva, multis ab hinc annis operam impenderem; & tam vaſti pelagi latitudinem, profunditatemque in dies magis atquè magis præviderem, immò perhorreſcerem; & omnium habere memoriam, divinitatis potiùs, quàm humanitatis eſſe, non ſolùm doctrinâ, ſed experimento cognoviſſem, & quotidie experirer imbecilli naturæ capacitate, oblivioni magis, quàm perenni potiùs memoriæ, eorum quæ leguntur, ſtudium deſervire. Quâ potui induſtriâ, diligentique curâ, incertæ memoriæ pericula evadere decrevi, & quò faciliùs id aſſequi potuiſſem, quidquid vel addiſcendi cupiditate, vel litterariis actibus adimplendis legebam, Alphabetico ordine obſervare, & quaſi ſcientiam litteris alligare, & mandare cœpi, & quaſi *ex commentario ſapere*, ut Senecæ verbis utar. [*Epiſt.* 33.] Multa ſtudioſarum lucubrationum evaſêre, in Operis præcipuè initio. Sed quæ ſuperatis deſidia, & oblivione, currente tempore minutatim digeſta fuerunt, juſti voluminis initium conficere cœperunt. Et licèt tam exigui laboris extremam mercedem reportaverim, dum frequenter ſanè in eo, quæ pro mea inſtructione ad cauſarum deciſionem opus erat introſpicere, non difficulter inveniebam: nec animus adhuc eò elatus eſſet, ut publico prælo illud tradere exiſtimaſſem, Operis tenuitatem ſine fuco agnoſcens: Exoratus tamen imperatuſque, Senecæ quoque ſententiæ addictus, [*Epiſt.* 6.] *Si cum hac exceptione detur ſapientia, ut illam incluſam teneam, nec enuntiem, rejiciam*; tandem facere decrevi, pertinaciæ notam magis vitandi causâ, quàm quia uſquam crederem, publicæ litteratorum utilitati deſervire poſſe. Quod ſi præter mentis judicium forſan evenerit, benè mihi erit, & congruam eximii laboris ſatisfactionem aſſequar.

In cujus gratiam illud unum ſolùm admonere ſufficiat: Multa Juris principia, variaſque quæſtiones, non ſub uno ſolùm verbo, ſed ſub duobus, & plerumque plurimis contineri, explicarique poſſe. Quod in correlativis facilè percipi poteſt. Et in hoc Opere multa hujuſmodi ſæpè repetita inveniri, & multa etiam ſub uno tantùm verbo expoſita, tametſi in aliis referri poſſent. Illud ne effugiant, faciliuſque inveniantur. Hoc, quia laborioſum, & ſæpiùs diſplicet labor. Verùm ſi diligenter, quæ tua interſint, inquiſieris, perſcrutaveriſque, non difficulter poſſe te invenire credas. VALE.

ILLUSTRISSIMO, NOBILISSIMO, ET PRÆCLARISSIMO, tam genere, quàm litteris, ſimulque virtutum Emporio, D. D. ÆGIDIO DE CASTEJON, Equiti Alcantarenſis Ordinis, Supremi Caſtellæ Conſilii, Bellique clariſſimo Senatori.

Licentiatus D. FRANCISCUS VELAZQUEZ CARAVAJAL, à Supremis Conſiliis Patronus, perpetuus Decurio Dominii Molinenſis, Locum Prætoris tenens, Generaliſque Quæſtor Honorati Conſilii, quod vulgò *de la Meſta*, nominatur: hos ſui animi affectus omnibus titulis debitos obſequioſus & gratus dicat, & conſecrat.

QUÆ volitaſtis apes infantis in ora Platonis,
Ora per Ægidii vos volitaſſe rear.
Dulce quod eloquii mel præſenſiſtis in illo,
Illud ab hoc cunctis dulcius ore fluit.
Divina ex illo potuit Plato cogere mella:
Ambroſii eloquium vorat, ut ambroſia.
Tot ſua judicibus ſparget facundia fructus,
Quot roſas apibus fertilis Hybla dabit.
Palladias oſtentat opes Ægidius Heros,
Inclyte tu Conſul, clara propago Deæ.
Quid niſi Cecropiæ Soboles credare Minervæ,
Si tua tam Doctum penna minervat Opus?
Gracuris nobilis Patria eſt, nunc Agreda dicta:
A Graco dicunt, nomen, & omen habet;
Cùm regeret Populos judex Sempronius illic,
Forteque Legiferi tempore nata Numæ.
Excipit ingenium te clarum Sella Curulis,
Ex ebore idcirco Sella Curulis erat.
Inſignem pietate virum decus addite Juri,
Jure gravis Judex, jure togatus Eques.
Ex viridi inſigni redimitus pectora Conſul,
Pectora honorificis illaqueata votis.
Gubernas ſapiens Suprema molimina Regni,
Quod propè jam Divos volvere ſumma decet.
Cum tibi ſolicito fuerit par publica curæ,
Jure Magiſtratus Bellicus aſpiceris.
Diſcere quiſquis avet, te Conſule, mutet Athenas
Doctus, & fiet doctior ille magis.
Nobilis, ingenio claro duo lumina Juris;
Tu majus lumen, majus & ingenium.

Ejuſdem ad eundem.

AGREDA jam dives diteſcat, & amplius Orbis,
Herois hs merces vectet ad Antipodas.
Sic ſolum patrium docto debebit Alumno
Orbis uterque ſimul grande Magiſterium.
Quæ complere poteſt totum ſapientia Mundum,
Europæ anguſtos cur premat illa ſinus?
Magnæ hoc mentis opus, Lector, me judice, verſa,
Ingenii ſolidi quiſquis acumen habes.
Florida ſi legeris, ſi dicta ſevera Catonis,
Si legum doctos, fructiferoſque Patres;
Jura, Magiſtratuſque legant, Sanctoſque Senatus,
Cunctaque in hoc docto, cunctaque Jura leget.
Doctrina argutum ſpeculare, doceberis altè;
Doctrina ad mores erudiere gravi.
Plurima ſcripta jacent, rudis, indigeſtaque moles:
Digeſtum hæc totum ſcripta diſerta dabunt.
Juris, & Authorum hæc eſt defæcata Medulla;
Si reliqui deſint, hic ſatis unus erit.

CENSURA

LICENTIATI D. PETRI HERRAIZ GAVALDON, in Suprema Curia Catholicæ Majeſtatis Advocati.

EX commiſſione Domini Licent. D. Alphonſi Rico, & Villarroël, Dignitatis, & Capellani Majoris Sanctæ Eccleſiæ Magiſtralis Complutenſis, & hujus Curiæ Vicarii, vidi libens, & legi libentiùs duos libros aptè concinnatos per Dominum D. Ægidium de Caſtejon, Equitem Ordinis Militaris Alcantaræ, Catholicæ Majeſtatis à Conſiliis, & in Regali Caſtellæ Conſilio Senatorem meritiſſimum, & in Supremo Belli Senatu Aſſeſſorem integerrimum, cum titulo, *Alphabetum Juridicum, Civile, Canonicum, Theoricum, Practicum, Morale, atque Politicum.*

Et circa Dominum Authorem Magiſtrum, & Dominum meum colendiſſimum, illicò venit mihi in mentem illud Job cap. 31. *Quis mihi tribuat, ut librum ſcribat ipſe qui judicat, ut in humero meo portem illum, & circumdem illum quaſi coronam mihi?* Ut de Operis eximia utilitate dubitare non poſſem pro ſplendore natalium, pro laboribus multis, pro moribus caſtis, pro actibus ſtrenuis, aſſidua doctrina, antiquo magiſterio, exercitata ſapientia, & pro copioſis totius litteraturæ divitiis, quibus condecoratus exiſtit.

Circa ipſius Operis cenſuram, ex ore Caſſiodori *var. lib.* 9. *epiſt.* 24, dicebam: *Inconveniens res eſt, diſceptationi ſubdere, quod vix poſſumus ſub admiratione prædicare. Tanti viri quippe non examinanda, ſed veneranda ſententia eſt.* Et tamen quoniam juſſis parêre cogor, eadem tenuitatis, & humilitatis ratio, quæ me excuſare videtur ad dicendum, cogit ad obediendum: cùm ex Cenſoris officio non deſinam eſſe diſcipulus. Gratanter igitur adimpleo, quæ ille conſtituit, cujus reverentia me ita conſtringit, ut ſine dubitatione faciam, quæ illum decreviſſe cognoſco; & dicam liberè, & affectuosè proferam, quæ ſentio.

Studiorum inſtrumenta, libri videlicet utriuſque Juriſprudentiæ, & de re Morali, & Politica tractantes, in tanta, & tam varia volumina creverunt, ut vix totâ vitâ indices perlegere ſufficiat; & onerat diſcentem turba, non inſtruit. Separare ex diverſa lectione congeſta, ut meliùs diſtincta ſerventur; & unum ex multis, aut duo facere volumina, ut lectio certa proſit, & quaſi lumine oſtenſos ſtudioſos dirigat, & in deſideratum portum manuducat, ubi multæ artes, & quæſtiones ſelectæ, multa præcepta, multarumque rerum, & ætatum exempla, ſed in unum juſtitiæ finem conſpirata ſunt; eſt viam propiorem, planioremque invenire, & aſſidua intentione animum erudire, mores, non verba componere, ad bonam mentem formandam, & ad profectum omnia dirigere, & quærendi, & cuſtodiendi ſcientiam docere. Quod totum reperitur in his libris, ſine commendatione partium ſingularium in univerſum magnificis.

Abſit ut in hoc Opere pulchro, valido, acri, ſublimi, vario, eleganti, puro, ſpatioſo, & magna cum laude diffuſo, aliquid vel Fidei noſtræ diſſonum, vel optimis moribus obrepat. Digniſſimum propterea judicio, ut in communem utilitatem publicam lucem aſpiciat. Sic ex animo ſentiebam, Matriti die 12. Julii, anno reparationis humanæ 1677.

Lic. D. PETRUS HERRAIZ GAVALDON.

LICENCIA

LICENCIA DEL ORDINARIO.

NOS Licentiatus D. Ildephonſus Rico, & Villarroël, Ordinarius Inquiſitor, in Magiſtrali Eccleſia Complutenſi Capellanus Major, Dignitas, ac hujus Curiæ Matritenſis & ejus juriſdictionis Vicarius: per præſens, & per id, quod ad Nos pertinet, facultatem concedimus, ut duo libri, quibus titulus eſt, *Alphabetum Juridicum, Theoricum, Civile, Canonicum, Practicum, Morale, atque Politicum,* Authore D. D. ÆGIDIO à CASTEJON, Equite Ordinis Militaris Alcantaræ, Catholicæ Majeſtatis à Conſiliis, in Supremo Caſtellæ, & Militiæ Conſilio Senatore, Typis mandari poſſint: Attento quod ex noſtra commiſſione viſi, atque recogniti fuere, & nihil adverſus noſtram Sanctam Fidem Catholicam, & bonos mores continent. Datum Matriti, anno Domini milleſimo ſexcenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo, die verò duodecima menſis Auguſti.

Licent. D. ALPHONSUS RICO, & VILLARROEL.

De mandato Domini Vicarii,

D. LUCAS A CABAÑAS, Notarius.

PRIVILEGE DU ROY.

LOUIS PAR LA GRACE DE DIEU ROY DE FRANCR ET DE NAVARRE; A nos Amez & Feaux Conſeillers, les Gens tenant nos Cours de Parlement, Maitres des Requêtes ordinaires de nôtre Hôtel, Grand Conſeil, Prevot de Paris, Baillifs, Senêchaux, leurs Lieutenants civils & autres nos Juſticiers qu'il apartiendra, SALUT. Nôtre bien Amé PIERRE BRUYSET Libraire à Lyon Nous ayant fait remontrer qu'il ſouhaiteroit faire imprimer & donner au Public, *Petri Barboſæ Tractatus de Legatis & de Subſtitutionibus; Alphonſi de Guzman Tractatus de Evictionibus: Ægidii Caſtejon Alphabetum, Juridicum, Theoricum, Civile, Canonicum, Practicum: Lazari Riverii Opera Medica*; s'il nous plaiſoit lui accorder nos Lettres de privilege ſur ce néceſſaires; offrant pour cet effet de les faire imprimer en bon papier & beaux caracteres, ſuivant la feuille imprimée & atachée pour modéle ſous le contreſcel des preſentes. A CES CAUSES, voulant traiter favorablement ledit Expoſant, Nous lui avons permis & permettons par ces preſentes, de faire imprimer leſdits Livres ci-deſſus ſpécifiés, en un ou pluſieurs volumes, conjointement ou ſeparement, & autant de fois que bon lui ſemblera, & de les vendre, faire vendre & débiter par tout nôtre Royaume, pendant le tems de *neuf années* conſécutives, à compter du jour de la date deſdites preſentes; Faiſons défenſes à toutes ſortes de perſonnes de quelque qualité & condition qu'elles ſoient, d'en introduire d'impreſſion étrangére dans aucun lieu de nôtre obeïſſance, comme auſſi à tous Libraires, Imprimeurs & autres, d'imprimer, faire imprimer, vendre, faire vendre, débiter ni contrefaire leſdits Livres ci-deſſus expoſés, en tout ni en partie, ni d'en faire aucuns extraits ſous quelque pretexte que ce ſoit, d'augmentation, correction, changement de titre ou autrement, ſans la permiſſion

expreſſe

expreſſe & par écrit dudit Expoſant, ou de ceux qui auront droit de lui, à peine de confiſcation des Exemplaires contrefaits, de trois mille Livres d'amende contre chacun des contrevenans, dont un tiers à Nous, & un tiers à l'Hôtel Dieu de Paris, l'autre tiers audit Expoſant, & de tous dépens dommages & interets, *A la Charge*, que ces preſentes ſeront enregiſtrées tout au long ſur le Regiſtre de la Communauté des Libraires & Imprimeurs de Paris, dans trois mois de la date d'icelles, que l'Impreſſion de ces Livres ſera faite dans nôtre Royaume & non ailleurs, & que l'impétrant ſe conformera en tout aux Reglemens de la Librairie, & notamment à celui du 10. Avril 1725. & qu'avant que de les expoſer en vente, les Manuſcripts ou Imprimez qui auront ſervi de copie à l'impreſſion deſdits livres, ſeront remis dans le même état ou les approbations y auront été données és mains de nôtre tres cher & feal Chevalier le Sieur DAGUESSEAU Chancelier de France, Commandeur de nos Ordres, & qu'il en ſera enſuite remis deux Exemplaires de chacun dans nôtre Bibliotheque publique, un dans celle de nôtre Chateau du Louvre, & un dans celle de nôtre tres cher & feal Chevalier le Sieur DAGUESSEAU Chancelier de France, Commandeur de nos Ordres, le tout à peine de nullité des preſentes. Du contenu deſquelles vous Mandons & Enjoignons de faire jouir l'Expoſant ou ſes ayant cauſe, pleinement & paiſiblement, ſans ſoufrir qu'il leur ſoit fait aucun trouble ou empêchement. Voulons que la copie deſdites preſentes qui ſera imprimée tout au long au commencement ou à la fin deſdits livres, ſoit tenuë pour duement ſignifiée, & qu'aux copies collationées par l'un de nos Amez & feaux Conſeillers & Secretaires, foi ſoit ajoutée comme a l'original. Commandons au premier nôtre Huiſſier ou Sergent de faire pour l'exécution d'icelles tous actes requis & néceſſaires, ſans demander autre permiſſion, & nonobſtant Clameur de Haro, Chartre Normande, & lettres à ce contraires; CAR TEL EST NÔTRE PLAISIR. Donné à Verſailles le dixneuviéme jour de Juillet, l'an de grace mil ſept cent trente ſept, & de nôtre Regne le vingt deuxiéme. Par le Roy en ſon Conſeil.

SAINSON.

Regiſtré ſur le Regiſtre Neuf de la Chambre Royale des Libraires & Imprimeurs de Paris, N°. 512. fol. 478. conformément aux anciens Réglemens confirmez par celui du 28. Fevrier 1723. à Paris le 10. Aouſt 1737.

LANGLOIS Syndic.

INDEX VOCABULORUM,

SUB QUIBUS CONTINENTUR QUÆSTIONES,

Quæ in hoc Tomo primo remiſſivè exponuntur.

Articuli novi hac nota † ſignantur.

A

A, Ab, ac, ad, præpoſitiones.
Abaſtos, ſeu Annona.
Abbas, Abbatiſſa.
Abbreviaturæ.
Abdicatio.
† Abditamentum.
Abigeatus.
Abjurare, Abjuratio.
Ablativus abſolutus.
Abolitio.
Aborſus.
† Abraſio.
† Abrogare, Abrogatio.
Abſentia, Abſens.
Abſolutio.
Abſtinentia.
Abſurdum.
Abundantia.
Abuſus.
Acceſſorium, Accedentia.
† Accedens.
Acceptatio.
Acceptilatio.
Accidentia.
Accingendus.
Accipiens.
Acolyti.
Acceptio Perſonarum.
Accreſcendi Jus.
† Accumulatio.
Actor, Actio, Agere.
Acta, Actus.
Accuſatio.
Adæquatio.
Adelantado Mayor, Adelantados.
Ædes, Ædificia, Domus.
Adam.
Aditio hæreditatis, immiſtio.
Adjecta, Addita.
Addictio Bonorum.
Adhærentes.
Adyta.
Ædiles, Ædilitium Edictum.
† Adjudicatio.
Adjuncti.
Adjuratio.
† Adminiculum.
Adminiſtrator.
Admiralus, Admirans.
Admiratio.
Admiſſio.
Adnotatio.
Adoleſcentia.
Adoptio, Adrogatio.
† Adoptivus.
Adquiſitio.
Adſcriptitii.
Aduana.
Advena, Alophylli.
† Adorare.
Adoratio.
† Adventiria.
Adventus.
Adverbium.
Adverſitas.
Advocatus.
Adulatio.
Adulterium.
† Adultus.
Aer.
Æmulatio.
Æquale, Æqualitas.
Æquipollentia.
Æquiparata.
Æquinoctium vernale, & autumnale.
Æquitas.
† Æquivocatio.
† Ærarium.
Ærimantia.
† Æs.
Æſtimatio.
† Æſtimator.
Ætas.
Affabilitas.
Affectus, Affectio.
Affectata.
† Affirmans.
Afflatus.
Affinitas.
Afflictio.
Africana Eccleſia.
Agapæ.
Agentes in rebus.
Ager.
† Aggreſſor.
Agnati, conſanguinei, cognati.
† Agnitio, Agnoſcere.
Agnus Dei.
Agonoteia.
Agricola, Agricultura, Alondiga.
Agrimenſor.
Ayudas de coſta.
Albajas.
Alapa.
Alarifes.
Albanus fundus.
Albeitares.
Albricias, alegrias.
Alcaides.
Alcaldes del crimen, ordinarios, de la Hermandad, y ſacas.
† Alcavala.
Alchimiſtæ.
Alea, Aleatores.
Alevoſia.

Allegationes Juris.
Alferez mayor.
Alguazil mayor, Alguaziles.
Alleluya.
Alexandrina Eccleſia.
Algo.
Aliena.
Alienatio, alienata.
Alimenta.
Aliqua.
Alius, alia, aliud, aliàs.
† Allodiale. Allodium.
Alondiga.
Altare, ara.
Alter, alius.
Almojarifes.
Alternativa.
Alveus, alluvio.
Alvus.
Ambarum.
Ambiguitas, Amphibologia.
Ambitio, Avaritia.
† Ambitus.
D. Ambroſius.
Amen.
Amici, Amicitia.
Amiſſio.
Amor, Amatoria ars.
Amortiſatio.
Amplexus.
† Ampliatio.
Amula.
Analogum.
Anathema.
Angaria, Parangaria.
Angeli.
Anglicana Eccleſia.
Anima.
Animalia, bruta.
Animus, ſive mens.
Annata.
Anatomia.
Annexa.
Anniverſarium.
Annulus.
Annus, Annuum.
Annotatio Bonorum.
Antecedentia.
Antiochia.
Antiochena Eccleſia.
Antichriſtus.
Antichreſis.
Antinomia.
Antiphonæ.
Antiquitas, antiquum.
Antropophagi.
Antrum.
† Apanagium.
Apiarium.
† Apocha.
Apocriſiarius.
† Apoſtaſia.
Apoſtata.
Apoſentos, Apoſentadores.
Apparitiones.
Appellans, Appellatio.
Apoſtoli.
† Approbans, Approbatio Approbatus.
Apueſtas.
Aqua, Aquæ ductus.
Aquilia lex.
Arabes, Mahometani, Sarraceni.
Arbiter, arbitrator, compromiſſum arbitrium.
Arbitrariæ actiones.
Arbitrium.
Arbitrium liberum, Arbitrium, Arbitriſtas.
Arbor.
Arca, Arcarius.
Archicapellanus.
Archidiaconus.
Archidux.
Archiepiſcopus.
Archivus, Archiota.
Archimandrita.
Archipresbyter.
Ardua.
Area.
† Areopagita.
Argentarii, campſores.
Argumenta.
Ariolatio.
Arithmanteia.
Arithmetica.
Arma, Armorum inſignia.
Aromata.
† Arreſta, Arreſtatio.
Arrhæ.
Ars, Artes liberales.
Articuli.
Artifex, Architectus.
Aſſaſſinium, Aſſaſſinus.
Aſcendentes, Deſcendentes.
Aſſecurationes.
Aſſertio.
Aſſeſſor.
† Aſſocians.
Aſylum.
Aſſonadas.
Aſpectus.
Aſtra.
Aſtrologia.
D. Athanaſius.
Atheiſta.
Atrium.
Athletæ.
Attentata.
Atteſtatio.
Attritio.
† Avaria.
Avaritia.
Auctor.
Auctoritas.
Aucupatio.
Audientia, Auditores, Præſes.
Augmentum.
Auguria, Augures.
D. Auguſtinus.
Aurum, Argentum.
Auſpicia.
† Avus, Avia.
Auxilium.
Averias.
Authenticum.

B

Baccalaureus.
Baculus.
Bagages.
Balius.
Balnea.
Balſamus.
Bancarii.
Bannimentum, Bannitus, Bannum.
Baptiſmus, Baptiſterium.
Baratarius.
Barbari.
Barbitonſor.
Baro, Baronia.
Baſilica.
D. Baſilius.
† Baſtardus.
Batuecas.
Beatæ, Beateria.
Beatitudo ſumma.
Behetria.
Bellum.
Beneficia Eccleſiaſtica.
Beneficium, donatio.
Benedictio, Aqua benedicta.
Benemerita, Benemeritus.
Beneplacitum.
Benignitas.
Beſtiæ, Bruta.
Bigamus, Bigamia.
Birrorrarii.
Birrus.
Blanditiæ.
Blaſphemus, Blaſphemia.
Bona, Bonitas, Bonus, Benè.
Bonorum poſſeſſio.
† Bos.
Brevia, Bullæ.
Breviarium.
Brevitas.

Brocardica.
Buzos.
Buhoneros.

C

Cadaver.
Caduca, quaſi caduca.
† Cæteri.
† Calamitas.
Calceamenta, calceamenta militaria, Calcearius Præfectus.
Calculatores.
Caldereros.
Calices.
Calumnia, Calumniator, juramentum de calumnia.
Cambia.
Campanæ, cimbala.
Campus Martius.
Cancellarius, Cancellaria.
Cancellatio.
Cancelli.
Candelabra.
Candelæ, cerei.
Candidati Principis.
Canon Miſſæ.
Canonizatio.
Canonicatus, Canonicus Regularis, non Regularis.
† Canoniſſa.
Cantus, cantor, canẽdi modus.
Capellania, Capellanus, Capella.
Capiens.
Capilli.
Capitulum.
Cappa.
Captatoria voluntas.
Captivi, Captus, Captio.
Caput, capitis diminutio.
Carbonianum edictum.
Carcer, captura, commentarienſis, Carceratus.
Cardinales.
Carena, carina.
Carnes.
Carreteros.
Carrotium.
Carruage.
Cartularii, carta.
Caſtella.
Caſtigatio.
Caſtitas.
Caſtra.
Caſtratio.
Caſualia.
† Caſus.
Catechiſmus, Catechumenus.
Cathedraticum, Cathedralis Eccleſia, Cathedra.
Catholica fides, Catholici.
Catopromanteia.
Cavallos.
† Cavillatio.
Caupones.
Cauſa.
† Cautela.
Cautio.
Cedulones.
Celeritas.
Cellæ.
† Cenſor.
† Cenſura.
Cenſus.
Centones.
Cephalomanteia.
Cera, Cerarius.
Ceremoniæ Eccleſiæ.
Certus, certioratio.
Ceſſatio à Divinis.
Ceſſio bonorum, ceſſio. Ceſſionarius.
Character.
Charitas.
Charta.
Chimia.
China.
† Chirographum.
Chiromanteia.
Chirurgi.
† Chorea.
Chorepiſcopi.
Chorus.
Chriſma.
Chriſtus Dominus.
Chriſtianus.
Chriſtianorum perſecutiones.
Ciborium.
Cibus.
Cifra.
Circumciſio.
Cimiliarcha.
Cinis.
D. Cyprianus.
D. Cyrillus.
Circuitus.
† Circumſtantia.
Citatio.
† Civis.
Civitas.
Clandeſtina, Clam.
Claritas.
Clariſſimi.
† Clavis.
Clauſtra.
Clauſula.
Clauſura.
Clementia, crudelitas.
† Clericatus.
† Clerici.
Clientelæ.
Cloacæ.
† Coactio, Coactus.
Coadjutoria, Coadjutor.
Coches, carrozas.
Codicilli, codicillaris clauſula.
Cœcus.
† Cœlibatus.
Cœlum.
Cœmeteria.
Cogitatio, conatus.
Cognatio, Conſanguinitas.
Cognitio cauſæ.
Collatio bonorum.
Collatio beneficii.
Collector, ſubcollector Cameræ Apoſtolicæ.
Collectæ.
Collegia.
Colluſio.
Coloni.
Coloniæ.
Columba, Columbaria.
Comes.
Comedias, Comediantes.
† Comitia.
† Commendatio. Commendatitiæ.
† Commenſalis.
Commercia.
Commentaria.
Commoda, incommoda.
Comitas.
Commiſſa, contrabandos.
† Commiſſarius. Commiſſio.
Lex commiſſoria.
Commendæ. Cõmendatarii.
Commodatum.
† Communitas.
† Commutatio.
† Comparans.
Compenſatio.
Compoſitio, compoſitionis Bulla.
Compromiſſum.
Compulſoria.
† Computatio.
Commune, Communio.
Communi dividundo judicium, Diviſio.
† Conatus.
Conceptio.
Conceſſio.
Concilia.
Conciliabula.
Concionatio, Concionator.
Concluſio, concluſio in cauſa.
Concordata.
† Concordia.

Concubinatus, concubina.
Concupiſcentia.
† Concurſus.
Concuſſio.
Condemnatio, condemnatus.
Conditio, conditionalia.
Condictio, Cōdictio indebiti.
Conductio, conductor.
Confeſſio Sacramentalis, Confeſſor.
Confeſſio judicialis, vel extrajudicialis.
Confœderati.
Confidentia.
† Confinatio.
Confine.
Confirmatio rerum.
Confirmationis Sacramentū.
Confiſcatio.
Conforme.
Confraternitas, confratria.
† Confugiens.
Confuſio.
† Congregatio.
Congrua.
Conjunctus.
Conjectura.
Conjuratio, Conſpiratio.
Conjux.
Connexa, Commixta.
† Conſanguineus, Conſanguinitas.
Conſcientia.
Conſcius.
Conſecratio.
Conſenſus.
Conſequens.
Conſervatores, Cōſervatoria.
Conſignatio.
Conſilium Conſulens, Conſiliarius.
Conſilia Regalia.
Conſolidatio.
Conſors.
Conſpiratio.
ConſtantinopolitanaEccleſia.
† Conſtanter.
Conſtantia, inconſtantia.
Conſtitutum, conſtituta pecunia, clauſula conſtituti.
Conſtitutio.
Conſuetudo.
Conſul.
Conſumptio.
Contactus.
Contemplatio.
Contemptus.
† Conteſtatio.
† Continentia.
Continuatio, Continuum.
Contractus bonæ fidei ſtricti juris, quaſi contractus.
† Contrahens.
Contraria, Contradictor.
Contraſte.
† Contributio.
Contritio.
Contubernales.
Contumacia, Contumax.
Contumelia.
Conventio, pactum.
Convictus.
† Convitium.
Convivia, Cœnæ.
† Copia.
Copiatæ.
Copula carnalis.
Copula conjunctiva.
Corredores.
Corrector, locum tenens.
Correctio, Correctio fraterna
Correlativa, Correſpectiva.
Corona, Coma.
Corporale.
† Corrumpens.
Corte, Cortes, Procuradores de Cortes, Curia, Curiales.
Corteſia.
Coſcinomanteia.
Crapula.
Creatura.
† Credendum.
Creditor.
Credulitas.
Cretio.
† Crimen, Criminoſus.
Cruciata.
Crux.
Cryſtallomanteia.
Culpa.
Cultus Divinus.
Cumulatio.
Cupiditas.
† Cura.
Curator.
† Curatus.
† Curia.
Curio, curiatus.
Curioſus.
Curſarii.
Curſores.
Curtidor.
Cuſtodini, Cuſtos.

D

DActylomanteia.
† Dæmon.
† Damnatus.
Damnum infectum, damnum, deterioratio.
Dans, datio.
Datarius.
Deambulatio.
Debeo.
Debitor, debitum.
Decanus.
Decalogus.
† Decedere.
De cætero, deinceps.
Decemviri.
Decimæ.
Deciſiones, Doctrinæ, Doctores.
Declaratio.
Decoctio, Decoctores.
Decretales epiſtolæ.
Decretum, decreta.
Decuriones.
Dedititii.
Defenſio, Defenſor.
Definitio.
† Definitor.
† Deflorans, Deflorator.
† Defunctus.
Degradatio, depoſitio.
Delectatio.
Delegatio.
Delegatio, Delegatus.
Deliberatio, deliberandi jus.
Delicia.
Delicta publica, privata.
Demonſtratio.
Denarius.
† Denegatum.
† Denominatio.
Dentes.
Denunciatio, Delatio.
Dependentia, Derivatio.
Depopulator.
Deportatio.
Depoſitum, Depoſitarius.
Derogatoria clauſula.
Deſafios, Duella.
Deſcriptio.
Deſertor, deſerta, derelicta.
Deſiderium.
Deſcendentes.
Deſtinatio.
Deſperatio, diffidentia.
Deſprez.
Deſtructum.
Deſtitutio, depoſitio.
Detentatio.
Deteriorationes.
Determinatio.
Detractio, Detractores.
Deviſa.
Devolutio.
Devotio.
Deus.
† Dexter.
Diabolus, dæmon.

Diaconium, diaconus, ſubdiaconus, Diaconiſſa.
Dialectica.
Dialogus.
Dictator.
Dictum, Dicta.
Dictiones.
Diœceſis.
Dies Dominicus, Dominica oratio.
Dies judicii, judicium ultimum.
Dietæ.
Diffamatio.
Difficultas, Difficile.
Dignitas Eccleſiaſtica, ſæcularis.
Dignus, indignus, dignior.
Dilatio, Dilationes.
Diligentia.
Diligentieros.
Diluvium.
† Dimiſſoriæ.
Diploma.
Dipticha.
Directarii.
Diſciplina.
Diſcipuli.
Diſſimulatio.
Diſcordia, Diſſidium, Diverſitas.
Diſcretiva diſpoſitio.
† Diſdicta.
Disjunctiva.
Diſpenſatio.
Diſpoſitio.
Diſputatio.
Diſtantia.
Diſtinctio.
Diſtractus.
Diſtributiones quotidianæ.
Ditis, vel ditis cauſa.
Dives, Divitiæ.
Diverſa.
Dividua.
Divina, Divinum Officium.
Divinatio, Divinatores.
Diviſio, Diviſoria judicia.
Diviſio, diviſio bonorum.
Divortium.
Diuturna.
† Doctores.
Dohana.
Dolor.
Dolus, deceptio.
Domeſtici.
Domicilium.
Dominium, Dominus.
Dominus tecum, vel vobiſcum.
† Domus.
Donatio mortis cauſâ.
Donatio propter nuptias, Dos, Arrhæ, Donatio inter virum & uxorem.
Donati.
Donativos.
Donatiſtæ.
Doradores.
Dormiens.
Dubitans, Dubium.
Duellum.
Dulia.
Dummodò.
Duntaxat.
Duo, Duplicatio.
Duratio.
Duumviri.
Dux.

E

EBrietas, ebrius.
Eccleſia, Eccleſiaſtici, Eccleſiaſtica bona.
Eccleſiaſtica juriſdictio, & in ſæcularia, & mixti fori.
Eccleſiæ immunitas.
Eccleſiaſtica immunitas, quoad perſonas Eccleſiaſticorū, & horumEccleſiaſtica bona.
Edictum.
Editio, Exhibitio.
Educatio.
Effectus.
Effractor.
Effuſa, ejecta.
Egregii.
Electio, Electus, Eligens.
Eleemoſyna.
Elementa.
Elias, Enoch.
Elogium.
Eloquentia.
Emancipatio.
† Emenda.
Emeriti.
Emphyteuſis, Emphyteuta.
Emptio, Venditio, Emptor, Venditor.
Encauſtum.
Energumeni.
† Enormis.
Enſalmi.
Ens, eſſentia, eſſe.
Enunciativa verba.
Enumeratio.
Epikeia.
Epiſcopatus, Epiſcopus.
Epiſcopium.
Epiſtola, Epiſtolia.
Epitaphia.
Epithati.
Equites, Equeſtris ordo, Equitatio.
Eremitæ.
Error.
Eſtancos.
Et.
Ethnici.
Etymologia.
Evangelium.
Euchariſtia.
Evictio.
Eventus.
Evidentia.
Eulogiæ.
Eunuchus.
Euſebius Cæſareenſis.
Eutrapelia.
Exactores, Exactio.
Examen.
Exceptio.
Exceſſus.
Excluſio.
Excommunicatio, Excommunicatus.
Exculpatio.
† Excuſatio, Excuſator.
Excuſatum.
Excuſſio.
Executio, executores, executoriales.
Exhæredatio.
Exemplum.
Exemptio, Exempti.
Exercitor.
Exercitium.
Exequiæ.
Exhortatio.
† Exilium, Exul.
Exiſtimatio.
Exitus.
Exomologeſis.
Exorciſmi, Exorciſtæ.
† Expectans, Expectatione.
Expenſæ, meliorationes.
Experientia.
Expoſiti.
Expreſſa.
Extare.
Extaſis.
Extenſio.
Exteri, forenſes.
Extorſio.
Extorres, Exilium.
Extractio, immiſſio.
Extrajudiciale.
Extraordinarium.
† Extravagans.
Extrema-Unctio.

F

FAbricenſes.
Facetiæ.
Fabulæ.
Facies.
Factio.
Facta, Facienda, Faciens.
† Factor.
Facultas, Facultas Regia, Facultativa.
Falcidia lex.
Falſa, falſi crimen, falſitas, fallere.
Fama, famoſus.
Fames.
Familiæ erciſcundæ judicium.
Familia.
Familiaritas.
Familiares, Famuli.
† Farina.
Fas.
Faſcinatio.
Fatuus.
Fatum, fortuna, fatales.
Favor, Favorabilia.
Fauni.
† Fœdus.
† Fautor.
Felicitas.
Fœmina.
Femoralia.
Feræ.
Feriæ, feſtivi dies.
Feræſtræ.
† Ferrum, Ferruminatio.
Feudum.
Fiat.
Fictio.
Fidejuſſio, Fidejuſſor.
Fides.
Fides Catholica.
Fideles.
Fidelitas.
Fideicommiſſa.
Fiducia, Fiduciæ contractus.
Fieles executores.
Filius, Filiatio.
Filius alicujus.
Fines, Finium regundorum judicium.
Finis.
Finita.
Fiſcalis.
Fiſcus.
Flabellæ.
Flagellatio.
Flumina.
Fodinæ.
Fœnus.
Fœtus.
Fons.
Forenſes,
Forjudicatio.
Forma, Formula.
Fornicatio.
† Forſan, Fortè.
Fortitudo.
Fortuita, caſus Fortuiti.
Fortuna.
Forus.
Foſſæ.
Fragrantia.
Fratres.
Fraus.
Frivola.
Frigiditas, Frigidi.
Fructus.
Fruges, Frumentum.
Fruſtra.
Fuga, Fugiens.
Fulmina, Fulgurationes.
Fullo.
† Fumus.
Fundamentum.
Fundatio.
Fundus.
Funus.
Furca.
Furnus.
Furor, Furioſus.
Furtum, Fures, condictio Furtiva.
Futura.

G

GAbella.
Galeras, triremes, Galiotes.
Gallia.
Gallus, Gallina, Gallinarii.
Gaſtos de juſticia.
Gaſtrolomanteia.
Gaudium.
Gazophylacium.
† Geminatio.
† Gener.
Generale, Genus.
† Generare.
Genium.
Genitivus, Gerundia.
Genus, Gentilitiũ, Generatio.
Gentiles, idololatræ.
Genealogia.
Genuflexio.
Geomanteia.
Geometria.
Geſtatio.
Geſtum.
Gigantes.
Gitanos.
Gladiatores.
† Glans.
Gloria.
Gloſſa.
Godos.
Graduale.
Gradus, Graduati.
† Græcus.
Grammatica.
Grandes.
Graſſatores.
Gratia, Gratis.
Gratianus.
Gratitudo, Gratificatio.
Gravamen, Gravatus.
Gregorius Nazianzenus.
Grex, armentum.
Guarentigia.
Gubernatio.
† Gubernator.
Guidatus, Guidaticum.
Gula.
† Gynæceum, Gynæcocratia.

H

HAbere.
Habilis, Habilitas.
Habitatio.
Habitus.
Haruſpices.
Haſta.
Hebdomada.
Hechizero.
Herbæ.
Heroës, Heroïca virtus.
Hæres, Hereditas.
Hæreſis, Hæreticus.
Hermaphroditæ. Androgyni.
Hermandad.
Herraje.
Hidalgo.
Hydromantia.
D. Hieronymus.
Hiemans.
D. Hilarius.
Hymnus.
Hippocentauri.
Hypocriſis.
Hypodiaconi.
Hypotheca, in hypotheca Prælatio.
Hiſpania, Hiſpaniæ Rex.
Hiſtoria.
Hombres ricos.
Homagium.
Homecillo.
Homicidium.
Homines.

Honeſtum.
Honor, Honorarii.
Honorati.
Horæ, Horæ Canonicæ.
Horrea.
Horti.
Hoſpes, Hoſpitalia.
† Hoſpitium.
Hoſtia.
Hoſtis.
Hujuſmodi.
Humilitas.
Humana, Humanitas.
Hydra.
Hyperbole.

I

IAcobus Apoſtolus.
Jactantia.
Jactatio.
Jantares.
Idea.
Idem, identitas.
Idololatria, idolum.
† Idoneus.
Jejunium.
† Jeſuitæ.
Jeruſalem.
Jeſus.
Ignis.
Ignorantia.
Illegitimi.
Illicitum.
† Illiteratus.
Illuſiones nocturnæ.
Illuſtres.
Imagines.
Immediatum.
Immemorialis.
Immiſſio.
Immortalia.
Immobilia, mobilia.
Immunitas.
Imperator, Imperium merum, mixtum.
Impedimentum.
Impenſa.
Impietas.
Imperfectum.
† Impetrans.
Implementum.
Importunitas.
† Impoſitiones.
Impoſſibile.
† Impotentiæ.
† Impræſcriptibilis.
† Imprecatio.
† Improperium.
Impubes.
Impunitas, Indultum.
† Imputatio.
Inadvertentia.
Incantatio, Incantatores.
† Incarceratus.
Incendium, Incendiarii.
Incertum, Incertitudo.
Inceſtus.
Incidens.
Incitativa.
Incluſio.
Incommoda.
Incompatibilia.
Inconſtantia.
Incontinenti.
Incontinentia, continentia.
† Inconveniens.
Incorporatio.
Incorporalia.
Incorrigibilis.
Incubi.
† Indebitum.
Indemnitas.
Indictio.
Indefinita.
Indiæ, Indi.
Indifferentia.
Indignatio.
Indignus, Incapax.
Indicium.
† Indiſſolubilitas.
† Indubitatum.
Induciæ.
† Inducens.
Inductio, inſtitutio.
Individua.
Indulgentia.
Indultus.
Induſtria.
† Inebrians.
† Inedia.
Infamia.
Infançones.
Infantes.
† Inferior.
Infernus.
Infideles, Infidelitas.
Infinitas.
Infirmitas, Infirmi.
Informatio.
Infra.
Ingenui.
Ingenium.
Ingratitudo.
† Inhabilis, Inhabilitas.
Inhibitio.
Inimicitiæ, Inimicus.
Injuria.
Initium, principium, origo.
† Injuſtitia.
In jus vocatio.
Innocentia, innocens.
Inopia.
Inobedientia.
Inquiſitio, Inquiſitores.
Inquiſitio, Inquiſitionis judicium.
† Inſcriptio.
Inſecta.
† Inſidiæ.
Inſignia.
Inſinuatio.
Inſomnia.
† Inſordeſcentia.
† Inſpectio.
Inſpiratio.
Inſtallatio.
Inſtantia prima, & ex ea retentio.
Inſtitor.
Inſtitutio hæredis.
Inſtitutio.
Inſtructiones.
Inſtrumenta publica, privata.
Inſulæ.
Inſultus, Invaſio.
Integrum, integrè.
Intellectus.
† Intelligentia.
Intentio.
Interceſſio.
Interdicta poſſeſſoria.
Interim.
Interdictum Eccleſiaſticum, interdictio.
Intereſſe.
† Intereſſentia.
† Interloquutio.
Interna.
† Interpellatio.
Interpretatio.
Interpres.
Interrogationes.
Interrogatoria.
Interruptio.
† Interſtitium.
Intervallum.
† Interventio.
Inteſtatus.
Intimatio.
† Intra.
Introitus Miſſæ.
Intruſus, Intruſio.
Item.
Iter.
Iteratio.
Inventarium.
Inventio.
Inveſtitura.
Invidia.
Invitus.
Inundatio.

Index Vocabulorum.

Invocatio.
Inutile.
Joannes Chryſoſtomus, Baptiſta.
Joci, Jocosè.
† Joculator.
Ira, iracundia.
Ipſe, Ipſa, Ipſo jure.
Irenarchæ.
Irregularitas.
Irriſio.
Irritum, decretum irritans.
Jubilæus.
Jubilados.
Judæi.
Judex.
Judicata res.
† Judicialia, judicialiter.
Judicium.
Juriſdictio ordinaria, delegata, prorogata.
Juriſdictio ſæcularis in Eccleſiaſticis, perſonis Eccleſiaſticis, & quæ ſunt mixti fori.
Juntas.
Juramentum.
Juris Conſultus.
Juros.
Jus naturale, divinum, ſpirituale, humanum, Pontificium, Romanum, Italicum.
Juſtitia.
Juſti, juſtificatio.
† Juſtitiarius.
Juvencus.
Juvenes, Juventus.
Juxta.

K

KAlendarium.
Kyrie eleiſon.

D. ÆGIDII

D. ÆGIDII
DE CASTEJON,
ALCANTARENSIS
ORDINIS EQUITIS,
CATHOLICÆ MAJESTATIS
A CONSILIIS;
ALPHABETUM
JURIDICUM, CANONICUM, CIVILE,
Theoricum, Practicum, Morale, atque Politicum.

LITERA A.

A, AB, AC, AD,
Præpoſitiones.

1 HÆ dictiones, quando incluſivè, vel excluſivè ponantur? Hermoſill. *l.* 24. *gloſſ.* 2. *num.* 33. *tit.* 5. *p.* 5. Riccius *p.* 2. *collectan.* 389.

2 De natura dictionum *A*, *AD*, Gonçal. *gloſſ.* 12. §. 1. *à num.* 21. Garc. *gloſſ.* 6. *num.* 41. *verſ. Ad ſeptimum.*

3 De natura dictionis *Ac*, Gonçal. *gloſſ.* 35. *n.* 24.

4 † A, apud Romanos, abſolutionis nota. Alexand. ab Alex. *Genial. dier. lib.* 3. *cap.* 14. Indeque rectè litera ſalutaris dicitur, Cicer. *pro Milon.*

5 De multiplici hujus literæ ſignificatione, fusè tractant omnes ferè Lexici, ex quibus ſexcentorum loco, ſequentes Juridici notandi. Alex. Scotus, Barnab. Briſſonius, Pantulf. Prateus, Simon Schardius, Jac. Spigelius, Nicol. Vigelius &c.]

ABASTOS, Seu ANNONA.

De los Abaſtos, ſeu de Annona, quomodo licitanda, & quibus addicenda? Bobad. *lib.* 3. *Polit. cap.* 4. *per tot.* Et vide *verbo Frumentum*, *num.* 1. *& verbo Univerſitas*, *num.* 19. *& num.* 54. *part.* 1. 1

ABBAS, ABBATISSA.

De Abbatibus, & eorum officio, dignitate, & privilegiis, Garc. *gloſſ.* 48. §. 3. *à n.* 59. Ant. Aug. *p.* 1. *lib.* 9. *tit.* 43. 45. *&* 49. Germon. 2. *de Sacror. Immunit.* 7. *& lib.* 3. *cap.* 9. Narb. *l.* 59. *gloſſ.* 1. *à num.* 63. *tit.* 4. *lib.* 2. Barboſ. 1. *de jur. Eccleſ.* 17. Riccius *p.* 4. *collect.* 955. *& p.* 6. *collect.* 2414. 1